



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Practica Theologiae Mysticae

Gelen, Victor

Coloniae Agrippinae, 1652

Approbatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9766

A P P R O B A T I O.

EX commissione A. R. Patris, F. Ioannis Philippi Fridt, S. Theologiæ in Vniuersitate Colonienſi Doctõris, Apoſtolicæ ad tractum Rheni partesq; annexas Inquiſitoris, & Conu. Colon. FF. Prædicatorum pro tempore Prioris, accuratè perlegi ſummam practicam Theologiæ myſticæ, ab Adm. R. Patre Victore Treuirenſe, FF. Minorum S. Franciſci Capuccinorum per Prouinciam Rhenanam Prouinciale, compoſitam; Et licet plurima, quæ ob arcanam ſui ſublimitatem plerisque, in hâc affectiuâ Theologiâ non exercitatis, paradoxa videri ſolent, in eâ inuenerim; Exiſtimo tamen, non continere illam quidpiam tale, vt alij celebres alioquin viri, in ſuis de myſticâ vitâ Tractatibus, iam authoritate publicâ approbatis atque in lucem editis, vel illud ipſum, vel illi ſimile, non pronũciârint: ac proinde, ob ſingularem doctrinæ ordinem, ſimul ac luculenta ſacrorum Doctõrum teſtimonia, ex quibus argumentosè collecta eſt, omnibus prædictæ vitæ ſtudioſis, tum ad intelligendam ſtudioſi ſui eminentiam, tum ad piorum conatuum ſuorum directionem, fore gratam pariter & opportunam. Actum Coloniae in Conuentu S. Crucis FF. Prædicatorum die 12. Martij Anno 1646.

F. Ludouicus Beuvel Ordinis Præd. S. Theol.
Lector & præſentatus m. p.

Placet vt imprimatur.

F. Ioannes Philippus Fridt Ordinis Prædicatorum SS. Theologiæ Magiſter Generalis Apoſtolicus Inquiſitor, &c. m. p.

A P P R O B A T I O.

Viſa ac perpenſa Summa hac Practica Theologiæ myſticæ Authore R. P. Victore Treuirenſi Capucino Prouinciæ Rhenanae Prouinciali, eam in nullo ab orthodoxa fide, & ſacra doctrina diſſonam reperi; iuxta autem ſpiritum, & ſcopum huius doctrinæ inſigni ac præſtanti ordine, & methodo digeſtam, ſapentiſſimè diſpoſitam, tutam, pariterq; ſalutarem, dignamq; proinde, ac opportuniſſimam, quæ in commodum non modo cæleſtioris vitæ huius ſpecialiorum ſectatorum; verum etiam ac maximè, quo ad primam eius partem, animarum paſtorum, Confeſſariorum, aliorumq; Directorum in lacem detur. Datum Tornaci 15. Octob. Anno 1645.

Matthias Nauens S. Theol. Doctõr,
Canonicus Tornaceniſis, Librorum Cenſor.

):(): (2

PRIMA